



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Vigesimoſtertium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

præfata Ecclesiæ Beati Magni de meis possessionibus mansum vnum,
 A & Monasterio meo Vlehtorpensi omnia mea & me ipsum, ministe-
 riales meos cum beneficijs, & possessiones & seruos meos omnes mihi
 bene in hoc consentientes, **Dominae meæ perpetuæ**

Virgini Mariæ contradidi.] &c.

Hæc ex literis foundationis Vlichtorpianæ adnota sse suffi-
 ciant. De aduocato hæreditario non admittendo &c. omiffa
 in aliud tempus referuauit.

B **Caput Vigefimum tertium.**

De paralytico, & surdo liberato.

VT verò Dominus martyris gloriam declararet, etiam per noctur-
 nas visiones quosdam admonuit eius suffragia implorare. In pa-
 go Iserlonensi fuit quidam, semiquinque annis ex paralyfi & linguæ
 manuum officio destitutus. Is sub meridiem quandoque obdormiens,
 audiuit vocem dicentem sibi: Dic auunculo tuo, vt ducat te in Giuels-
 berg, vbi occisus est Episcopus ENGELBERTVS, & curaberis. Mox ille
 C euigilat, incipit loqui, & gratias agit Deo. Stabat auunculus eius in me-
 dia domo, audiensque loquentem illum, alta voce dicebat: Quis lo-
 quitur in cubiculo? Respondet ille: Ego loquor. Accurrit auunculus,
 obtupescit, aitque ad eum: Qui fit, vt tam diu mutus, tam absolutè lo-
 quitur. Mutus lo-
quitur.
 quaris? Ille refert quam vocem audierit. Nondùm autem commodè
 ingredi potuit, quòd coxa diuturni morbi vi exesa esset. Itaque in ve-
 hiculo ductus est in Giuelsberg, in dies meliùs habere cœpit, ita vt exi-
 guo scipione fultus, iret quocunq; libitum esset, per merita martyris
 se sanatum vbique prædicans.

D **Notatio ad Caput Vigefimum tertium.**

§. In pago Iserlonensi.

ISerlonium hodiè oppidum est Comitatus Marcani, Satura-
 piæ titulo, & ferraria nobile, horis tribus Geuelsbergio dif-
 situm. Iserlon.

Ff

§. Quam

§. Quam vocem audierit.

IN manuscripto hæc subiiciuntur, quæ non leue miraculo
momentum addunt: *Sacerdos & Parochiani audientes infir-
mum ex miraculo officium lingua recepisse, ad hospitium eius vene-
runt, & dixit ad illum Sacerdos. Adiuuro te per Patrem, Filium & Spi-
ritum sanctum, ut dicas quam diu fueris mutus, & quomodo nunc lo-
quaris: Et narrauit ei, sicut auunculo suo narrauerat. Cui Sacerdos: cum
sanatus sis in linguâ, sentisne aliquod remedium in cruribus? Quibus
ait: nescio, & erigens se, tunicam induit, manibus tenens parietem; de
camerâ, verò sine difficultate exiit, eo quod caro circa femora & su-
ras ex infirmitatis magnitudine consumpta, ambulanti adhuc firmum
gressum negaret.*

Caput Vigefimum quartum.

*De Hermanno Ianitore sancti Martyris febricitante per visionem
curato.*

HERMANNVS * de Lechnich Episcopi ENGELBERTI ianitor fuit,
quo munere hodieque apud successorem Henricum fungitur. Is
ante Augustum mensem acerrima correptus febre, ita & corpore &
mente defecit, ut vxore eius in eadem domo obeunte, amicisque eam
plangentibus & ad sepulchrum efferentibus, ille prorsus non aduerte-
ret, quid ageretur. Cumque tam miserè ad dies quindecim decubuisset,
clara luce ostio aperto videt eminè beatum illum martyrem tanquam
ad se venientem cum multis alijs religiosis viris, qui omnes erant al-
bis induti, & ad collum habebant oraria siue stolas, ut solent sacerdo-
tes. Ipse autem beatus pontifex mulæ albæ insidebat: iam enim lauerat
iumentum carnis suæ in sanguine Agni. Hermannus ea visione exhila-
ratus, ad scæminas, quæ illic sedebant, alta voce dicit: Exite ocyus bonæ
dominæ: ENGELBERTVS Episcopus venit ad me. Fratrem quoque
suum, qui ad limen ostijerat, fortiter in clamans: Surge, inquit, frater,
cede locum domino meo, ut possit ingredi ad me. Sed illis non se mo-
uentibus, quòd putarent vi morbi eum delirare, iterùm clamat: cun-
ctique, dempta puella paruula, foras exeunt. Ante hos autem clamores
miles

* An idem
de quo supra
p. 69. lit. C.

Visio cu-
iusdam.